



## **Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio**

**Leodii, 1709**

Caput 11. Invectivæ Sanctorum, veterum ac novissimorum, necnon  
gravissimorum Cardinalium & Episcoporum adversus assertam per  
propositiones cap. 5. enarratas facilitatem absolvendi reos gravium ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73212)



## CAPUT XI.

act. 3. dixerunt hereticum istum fuisse secundum canones à proprio Episcopo condemnatum. Unde Innocentius II. epist. ad Episcopos Gall. 193. apud Bernard. contra veteres (inquit) errores, viri Ecclesiarum Pastores viriliter insurgentes, eorum prava dogmata, cum ipsorum Auctoribus, condemnarunt, &c.

65 Si itaque Episcopi sint Ecclesiarum Rectores & Doctores, ab ipsis melius quam à Casuistis infelicis hujus sæculi, Ecclesiæ sensum & traditionem, quoad controversiam præsentem, discere debemus.

66 Si Apostolorum sint successores & locum tenentes; sicut ergo Apostolorum, sic Episcoporum est, de dogmatibus c. 5. commemoratis, deque Ecclesiæ sensu & traditione judicare, ut S. Bernardus ait epist. 189.

67 Si Angeli sint Ecclesiarum: sicut ergo Angelorum, sic Episcoporum ministerium est, tollere scandala de regno Dei, uti rursum Bernardus ait epist. 200. Et sicut inferiores Angelorum Ordines purgantur ab ignorantia... per Spiritus superiores, à quibus evehuntur ad sublimiores, puriores & clariores illustrationes visionum divinarum. Dionysius ubi supra c. 6. Sic Sacerdotes inferiores, in disceptationibus de divini verbi intelligentia, de Ecclesiæ sensu & traditione, aliique ejusmodi, ab ignorantia purgantur, & ad puriores clarioresque illas rationes evehuntur per Episcopos, ad quos comparantur, sicut Angeli inferiores ad superiores: cum inferiores etiam Sacerdotes Angeli dicantur Malach. 2. Siquidem, ut Dionysius dicit ibidem c. 5. lex est sanctissima à Deo constituta, ut res inferiores per superiores ad divinum lumen ipsius eleventur. Ideo namque Episcopi sedent in Ecclesiæ throno, & in ipsis Christum in Ecclesiæ throno sedentem cernere debemus (uti S. Pachomius se cernere testabatur, prout habetur in vita ipsius c. 27.) idè etiam ab Ecclesiæ semper agniti fuerunt tamquam legitimi omnium ejusmodi controversiarum Judices, & tamquam Ecclesiæ divini jure Doctores, ut judicium & doctrinam ipsorum in omnibus fidei & morum disceptationibus suscipiant Sacerdotes inferiores, cæterique fideles, atque ipsorum judicio potius credant quam proprio; ad ipsosque potius, pro dubiorum suorum decisione, recurrant, quam ad ipsos, vel ad alios privatos Doctores. Ad quos enim fideles olim in dubiis suis, pro eorum decisione, post SS. Patres, recurrerant, nisi ad Episcopos? Longè ergo tutius adhuc hodie, in dubiis seu controversiis circa Scripturæ vel Ecclesiæ sensum, vel traditionem, ad ipsos recurratur, quam ad privatos Casuistas, quos Ecclesiæ & Patres non agnoscent, tamquam depositarios verbi Dei, & traditionis, sicut agnoscent Episcopos.

68 Denique si Episcopi sint Ecclesiæ laminaria: ad ipsos ergo spectat, in omnibus ejusmodi dubiis & questionibus, errorum tenebras dissipare, & fideles instruere, &c. Ipsi ergo, post SS. Patres, præ cæteris reverenter audiendi sunt, & ab ipsis potius quam à privatis Casuistis descendit Ecclesiæ sensus & traditio, in omnibus fidei & morum controversiis. Nec ipsis, de Ecclesiæ sensu & traditione docentibus, gregemque sibi committunt instruentibus, ab inferioribus Sacerdotibus in faciem est resistendum, prout à quinquaginta & amplius annis publicis in Concionibus factum conquesti sunt Galliarum Episcopi, & nuper adhuc magno cum strepitu, nimisque animositate factum est ab Authore Pentategi, mihi quidem amantissimo. natalibusque & libris editis celebri; sed circa præsentem disceptationem magis, ut mihi videtur, animoso, quam solido, prout ex dicendis apparebit.

Tom. III.

*Invektiva Sanctorum, veterum ac novissimorum, necnon gravissimorum Cardinalium & Episcoporum adversus assertam per propositiones cap. 5. enarratas facilitatem absolvendi reos gravium criminum, consuetudinarios, recidivos, &c. priusquam magnis precibus, gemibus, aliisque laboriose pœnitentiæ ac pietatis operibus justo tempore pulsaverint ad fores divini misericordiæ, ad impetrandam plene conversionis gratiam. Cujus facilitatis præx. Sancti vocant misericordiam falsam, veram crudelitatem, piam impietatem, blandam perniciem, &c.*

## §. I.

*Invektiva Cypriani, Cleri Romani, Sanctorum Confessorum Moysis, Maximi, &c.*

IN eam imprimis vehementer invehitur Cyprianus in libro de lapsis, & in variis epistolis suis. Cum enim Cypriani tempore controversia exorta foret inter Episcopos, & lapsos in idololatram persecutionis tempore, qui omnes peccatum quidem fatebantur, & publice desebant (inquit Morinus l. 9. c. 3. n. 8.) sed quasi hoc sufficeret, obtentis ad id litteris à SS. Confessoribus & Martyribus, absque præviis aliis pœnitentiæ operibus, absolvi importunè efflagitabant, & à nonnullis Sacerdotibus quâdam erga ipsos misericordiâ motis absoluti fuerant.

70 Illud est quod Cyprianus graviter reprehendit, & adversus taliter absolventes lib. de lapsis c. 7. insurgit in hunc modum: *Cum scriptum sit, qui vos felices dicunt, in errorem vos mittunt, & semitas pedum vestrorum turbant. Qui peccantem blandimentis adulantibus palpas, peccandi fomitem subministrat; nec comprimunt delicta ille, sed nutrit. ... Oportet Dei Sacerdotem, non obsequis decipientibus fallere, sed remediis salutaribus providere. Imperitus est Medicus, qui tumentes vulvorum sinus manu parcente contrahat, & in altis recessibus viscerum, virus inclusum dum servat, exaggerat. Aperiendum vulnus est, & secundum, & putaminibus amputatis, medela fortiore curandum. Vociferetur & clamet licet, & conqueratur ager impatiens per dolorem, gratias eget postmodum, cum senserit sanitatem. Emergit enim (Eratres dilectissimi) NOVUM GENUS CLADIS. ... ACCESSIT, SUB MISERICORDIÆ TITULO, MALUM FALLENS, ET BLANDA PERNICIES. CONTRA EVANGELII VIGOREM, CONTRA DOMINI AC DEI LEGEM, TEMERITATE QUORUMDAM LAXATUR INCAUTIS COMMUNIO (id est peccatorum feniisio, quæ vocabulo illo olim exprimebatur, ut Morinus ostendit lib. 3. c. 12. n. 2.) IRRITA ET FALSA PAX; PERICULOSA DANTIBUS, ET NIHIL ACCIPIENTIBUS PROCURATA. Non querunt sanitatis patientiam, nec veram de satisfactione medicinam. Pœnitentiæ de peccatoribus excussa est, gravissimi extremique delicti memoria sublata est. Operiantur morientium vulnera, & plaga lethalis, altis & profundis visceribus infixæ, dissimulato dolore contegitur. A DIABOLI ARTIS REVERTENTES, AD SANCTUM DOMINI SORDIDIS ET INFECTIS NIDORE MANIBUS ACCEDUNT. ... VIS INFERTUR CORPORI EJUS ET SANGUINI. ... pacem putant esse, quam quidam verbis fallentibus venditant. NON EST PAX ILLA, SED BELLUM. ... QUID INJURIAM BENEFICIUM VO-*

E c



CANT ? QUID IMPIETATEM VOCABULO PIETATIS APPELLANT? ... hoc sunt ejusmodi lapsi, quod grandio frugibus, quod turbidum fidus arboribus, quod armentis pestilens vastitas, quod navigiis sevea tempestas. ... NON CONCEDIT PACEM FACILITAS ISTA, SED TOLLIT; nec communicationem tribuit sed impedit ad salutem. Persecutio est hoc alia, & alia tentatio, per quam subtilis inimicus impugnandis adhuc lapsi oculata populatione grassatur, ut lamentatio conquiescat, ut dolor sileat, ut delicti memoria evanescat, ut comprimatur peccatorum gemitus, statuatur sletus oculorum, nec Dominum graviter offensum, longa & plena poenitentia deprecetur; cum scriptum sit: "Memento unde exideris; & age poenitentiam." Nemo se fallat ... Dominus orandus est, Dominus nostram satisfactione placandus est. Siquis prepropera festinatione temerarius remissionem peccatorum dare se cunctis putat posse, aut audeat Domini precepta rescindere, NON TANTUM NIHIL PRODEST, SED OBEST PLURIMUM. PROVOCASSE EST IRAM, NON SERVASSE, id est non suspendisse, SENTENTIAM, nec misericordiam prius deprecandam putare, sed contempto Domino, de sua facultate prajsumere.

Et epist. 55. ad Cornelium: Hujusmodi facilitate datur opera ... ne vulnera lachrymis abluantur. PAX VERA FALSÆ PACIS MENDACIO TOLLITUR, salutaris sinus matris noverca intercedente praeludatur, ne de peccatore oreque lapsorum sletus & gemitus audiat.

71 Sic etiam Clerus Romanus epist. 31. ad Cyprianum: Absit ab Ecclesia Romana, vigorem suam iam profana facilitate dimittere, & nervos severitatis Eversa fidei maiestate dissolvere, ut cum adhuc non tantum jaceant, sed & cadant everforum fratrum ruina, PROPERATA NIMIS REMEDIA COMMUNICATIONUM, utique non profutura, præsistentur, & nova, PER MISERICORDIAM FALSAM, vulnera veteribus transgressionis vulneribus imprimantur, ut miseris, ad everforum majorem, eripiatur & poenitentia. Ubi enim indulgentia medicina poterit procedere, si etiam ipse Medicus, intercepta poenitentia, indulget periculis; si tantummodo oves vulneris, nec sinit necessaria temporis remedia obtulere cicatricem? HOC NON EST CURARE; SED, SI DICERE VERUM VOLUMUS, OCCIDERE.

72 Similiter Moyses & Maximus, Presbyteri; Nicolltratus & Rufinus, Diaconi, alique Confessores epist. 26. ad eundem Cyprianum: Animadvertimus te congruente censura & eos dignè obfurgasse, qui immemores delictorum suorum, pacem à Presbyteris, per absentiam tuam, festinata & precipiti cupiditate extorsissent; & eos qui, SINE RESPECTU EVANGELII, SANCTUM DOMINI CANIBUS, ET MARGARITAS PORCIS, PROFANA FACILITATE DONASSENT: cum grande delictum ... non oporteat, nisi ... caute moderatèque tractari ... ne, dum volumus importunè ruini subvenire, alias majores ruinas videamur parare. Ubi enim divinus metus relinquatur, si tam facile peccantibus venia præsistentur? Fovendi sunt enim animi ipsorum (lapsorum) & ad maturitatis suae tempus nutriendi, & de Scripturis sanctis, quàm ingens & super omnia peccatum commiserint, instruendi ... Infidelis enim cicatrix, quàm cito festinans Medicus induxit, & ad quemlibet casum medela rescinditur, si non fideliter de ipsa tarditate remedia præsistentur. Cito rursus in incendium flamma renovatur, nisi totius ignis, etiam usque ad extremam scintillam, materia restinguatur, ut merito hujusmodi homines feriant sibi, etiam de ipsa mora, magis consulti, & fideliora, necessariis dilacionibus, remedia praestari.

Invektivæ SS. Ambrosii, Chrysolomi, Leonis, Hieronimi, Gregoris Magni, Isidori.

Laudatus sanctus Ambrosius in Psal. 118. ad versum, viam iniquitatis amove à me, & de lege tua miserere mei, sic habet: Quando vulnus grande ac vetus est, & diu serpens, perfectiorum medicinarum remedia deposcit. ... Cito enim refricatur vulnus, quod sanatum medicina lege non fuerit. ... Ideoque bonus Medicus hujusmodi agrum legitime dicit esse curandum, ut possit medicina proficere. Lege ergo miseretur, qui cum justitia sapientiaque miseretur, ut ea dimittat, quæ scit jure posse dimitti: ne, cum alterius miseretur, seipsum faciat legi obnoxium. ... Consideremus etiam, ne ipsam deteriores faciamus, cuius miseremur injus. Periculum enim non coërcere delinquentes, MAJORIS AUSTERITATIS EST QUAM SI ULCISCARIS. Traduntur enim in passionem ignominie, qui, cum aliquid inobsequium fecerint, nullam culpa pretium referunt.

Et ad versum, miserere mei secundum eloquium tuum: In ipsa (inquit) Ecclesia, ubi maxime misereri decet, teneri quàm maxime debet forma justitie, nequis à communionis consortio abfentus, brevi lachrymulâ, atque ad tempus paratâ, vel etiam uberioribus sletibus, communionem (id est absolutionem) quàm plurimis debet postulare temporibus, facilitate Sacerdotis extorqueat. Nonne cum uni indulget indigno, plurimos facit ad prolapsionis contagium provocari? Facilitas enim venientiarum tribuit delinquendi. Hoc idem dictum est, ut sciamus, secundum verbum Dei, secundum rationem, dispensandam esse misericordiam debitoribus. Medicus ipse, si serpentis interitus vulnere inveniat cicatricem, cum debeat rejecare ulceris vitium, ne latius serpat; tamen à secandis urandique propositio, lachrymis inflexus agroti, medicamentis tegat, quod ferro aperiendum fuit: NONNE ISTA INUTILIS MISERICORDIA EST, si propter brevem incisionis vel exustionis dolorem, corpus omnè tabelcat, vite usus intereat?

Et post Ambrosium Chrysolomus homil. 4. in 2. ad Corinth. in morali: Si quisquam Christianis hominibus convenire dixerit humanitatem erga fratrem peccantem exhibere, discat ille, humanitatem eum nisi, qui trasceatur, non eum, à quo prematurè qui peccat vocatur, nec peccati sui sensu offuscinatur. Uer enim (quæso) febre ac phrenesi laborantem misericordiam prosequitur, an qui in lecto eum sternit, ac vinculis adstringit, atque à noxiis cibis ac potionibus arceat? an qui ei mero se ingurgitandi facultatem præbet, ac sui juris & arbitrii eum esse jubet, omniaque facere, quæ ab homine sano, atque incolunt valeant fieri debent? An non morbum quoque hic exulcerat, qui humanitatis officio sibi jungi videtur? cum contra ille morbum pellat ac profiget? eodem modo hic quoque judicamus. Humanitatis enim est, agrotis non ubique indulgere, ac propter ipsorum cupiditatis abblandiri. Nemo eum, qui apud Corinthios stupri se crimine obstrinxerat, tam amabat quàm Paulus, qui eum satane tradi jubebat. Nemo rursus tam eum oderat, quàm is qui peccanti applaudebant & obsequabantur. ... Quocirca nos etiam has humanitatis clementiaque leges addiscamus. Nam & tu, si equum videris, qui in precipitia fertur, frantum injicit, acriter inbibes, ac sepe flagellas. Atque cruciatus hoc est. Verum hujusmodi cruciatus salutem ei adfert. Eandem vigur erga eos qui peccant rationem tene. Vinculis eum, qui sacinus improbum admisit, coërcet, usque eum ipse Deum sibi propitium ac placidum reddiderit. Si vincula ipsi injecerit, Deus jam non vinciet. Sin autem in vincis:



his eum non tenuero, sed statim abfolvero, ejusmodi eum vincula manent, que frangi nullo modo queant. . . Si enim nos ipsos judicaremus, non utique judicaremur. PROINDE NON EST QUOD HANC REM CRUELITATIS ET SÆVITIÆ ESSE ARBITRERIS, SED SUMMÆ CLEMENTIÆ ET BENIGNITATIS, PRÆSTANTISSIMÆQUE MEDENDI RATIONIS, NEC VULGARIS ERGA PECCATORIS SALUTEM CURÆ.

75 Et post Chrysostrum S. Leo Papa epist. 79. Abjicienda propterea pessifera hæc à pastoralis vigore patientia, que subimit, peccatis aliorum parcendo, non parit.

76 Et post Leonem Hormisdas Papa epist. ad univers. Provinc. qua extat in fine Pœnitent. Halligarii to. 5. Biblioth. Patr. QUÆ EST ISTA INIMICA BENIGNITAS! palpate crimina, & vulnera eorum usque ad diem judicii incurata servare? Verè dico, quia illi ipsi, quibuscumque PERICULOSA ET FALSA MISERICORDIA indulgere videmur, cum ante Tribunal Christi pro tantis peccatis damnandi advenieris, contra nos ipsos causas dicturi sunt, dicentes, quid dum asperitatem lingue eorum expavimus, aut falsa blandimenta & periculosas adulationes ipsorum libenter accepimus, nos eos, DUM ILLIS INUTILITER INDULGEMUS, in peccatis permanere, aut etiam ipsa peccata augere permiserimus. . . O pietas! ô misericordia! uni parcere, & omnes per exemplum malum in discrimen adducere. Non ita suadet sanctus & beatissimus Martyr Cyprianus, dicens: Qui peccantem verbis adulantibus palpat, peccandi fomitem subministrat; nec perimit delicta ille, sed nutrit, &c.

77 Et post Hormisdam Gregorius Magnus Pastor. l. 2. c. 8. Pulvillus sub omni cubito manū ponere, est cadentes à sua rectitudine animas, atque in hujus mundi se dilectione reclinantes blandâ adulatione fervere. Quasi enim pulvillo cubitum, vel cervicalibus caput jacenti excipitur, cum corruptionis duritia peccanti subtrahitur, eique mollioribus favoris addibetur, ut in errore mollior jaceat, quem nulla asperitas contradictionis pulsat.

78 Et post illos omnes Ildorus l. 2. sent. c. 13. Sunt qui pœnitentibus securitatem citò pollicentur, quibus bene per Prophetam dicitur: Curabam contritionem filie populi mei cum ignominia, dicentes, pax, & non erat pax. Cum ignominia igitur curas contritionem, qui peccanti, & non legitime pœnitenti promittit securitatem.

## §. III.

Invektivæ Concilii Toletani III. Romani sub Gregorio VII. Britanni, Lateranensis, & Ratisbonensis.

79 Tempore Gregorii Magni Concilium Toletanum III. cau. 11. acri invektivâ reprehendit præsumptionem eorum, qui quoties peccare libuisset, toties à Presbyteris absolvi volebant. Ad quam præsumptionem coercendam, eos abfolvere prohibet ante impletam pœnitentiam: Quoniam comperimus per quasdam Hispaniarum Ecclesias, non secundum Canones, sed sædissimè pro suis peccatis homines agere pœnitentiam, ut quoties peccare libuerit, toties à Presbyteris se reconciliari exposulens. Ideo pro coercenda tam execrabili præsumptione, id à S. Concilio jubetur, ut secundum formam Canonum antiquorum detur pœnitentia, hoc est ut prius eum, quem sui pœnitentia facti, Communionem suspensum, faciat inter reliquos pœnitentes ad manū impositionem crebrè recurrere. Expleto autem satisfactionis tempore, sicut sacerdotalis contemplatio probaverit, eum

Tom. III.

Communioni (per absolutionem, seu reconciliationem, ut perspicuum est ex contextu) restituit. Hi verò, qui ad propria vitia, vel infra pœnitentia tempus, vel post reconciliationem labantur, secundum priorum Canonum severitatem damnentur. Illis verbis haud dubium, execrabilem & perniciosa censeri absolutionem eorum qui toties absolvi expoſtulabant, quoties peccare libuisset. Si enim sædissima eorum pœnitentia, si execrabili præsumptio toties absolutionem postulandi; haud dubiè execrabili & perniciosa Concilio visa est facilitas toties eos abfolvendi. Dumque ad excludendam hanc facilitatem statuit pœnitentiam impleri, antequam per absolutionem reconciliantur, apertè significat sædissimam eorum pœnitentiam à se censeri, qui post graviora crimina, ante absolutionem præstare nolunt laboriosa pœnitentiæ opera, per quæ impetrent plene conversionis donum; sed iis nondum præstitis, consequi volunt absolutionis beneficium. Quos prohibet absolvi, nisi ex præstitis pœnitentiæ operibus sacerdotalis contemplatio probaverit ipsos esse plenè convertos. Cujus oppositum quia Concilium præsumit in casu, quo ad propria vitia, vel infra pœnitentiæ tempus, vel post reconciliationem relabuntur, idè erga tales servari vult veterum Canonum severitatem, secundum quam relapsi in gravius crimen post pœnitentiam & absolutionem, denud non abfolvuntur, nisi in fine vite. Proinde haud dubium videtur, à Concilio Toletano improbari plurimum Juniorum facilitatem, quæ ipsos statim in solo verbo ipsorum, secundum opinionem cap. 5. recensitas, abfolvunt. Cum eos abfolvant, quorum pœnitentia istius Concilii iudicio sædissima est, & execrabili præsumptio, quæ ante actam pœnitentiam, toties absolvi postulant, quoties peccare libuerit.

Unde Illustrissimus D. Godæus, Vencienſis Episcopus, considerans verba allegata Concilii Toletani to. 4. Histo. Eccles. l. 2. c. 127. Textus (inquit) adeo fortis est & clarus, ut glossa opus non sit, ad hoc ut inde pateat, quàm falsè sint pœnitentiæ majoris partis peccatorum nostri sæculi, quàmque culpabiles sint Confessarii, qui ad divinas istas regulas non solum non conantur accedere, sed & eas vituperant, & condemnant velut noxias salutis animarum.

Dù post Concilium istud, Concilium Romanum VII. sub Gregorio VII. Admonemus (inquit) omnes, qui aeterna damnationis penas evadere, & veram beatitudinis gloriam cupiunt intrare, ut à falsis sibi caveant pœnitentiis. Sicut enim falsum baptismum non lavat originale peccatum; ita post baptismum falsa pœnitentia non delet nefas commissum. Ideoque valde necessarium est, ut qui se aliquod grave crimen commississe cognoscit, animam suam prudentibus & religiosis viris committat, ut per veram pœnitentiam, peccatorum suorum consequatur veniam. Hæc est enim vera pœnitentia, ut post commissam alicujus gravioris criminis, utpote meditati homicidii, & sponte commissi, seu perjurii. . . vel aliorum his similia, ita se unusquisque ad Deum convertat, ut, relicta omnibus iniquitatibus suis, deinde in fructibus bonæ operationis permaneat. . . Unde inter omnia vos hortamur, ut in accipiendis pœnitentiis, non ad illos curatis, in quibus nec religiosa vita, nec est consulendi scientia; qui animas hominum magis ad interitum, quàm ad salutem ducunt, esse Veritate, que dicit: " si cæcus cæcum ducat, ambo in foveam cadunt: " sed ad eos qui, religione & Scripturarum doctrinâ instructi, viam veritatis & salutis (arctam utique, non latam) vobis ostendere valeant, à quibus illi soli abfolvantur, qui post commissum alicujus gravioris criminis, sic per opera pœnitentiæ se convertos probant ad

Ec 2



Deum, ut relictis omnibus iniquitatibus suis, ipem magnam faciant, quod deinceps in fructibus bonae operationis permanantur sint. Cujusmodi certe non sunt majori ex parte peccatores saeculi nostri, eadem graviora crimina frequenter post Confessionem repentes, maxime consuetudinarii.

81 Aliud Concilium in Britannia minore per Legatos suos celebrari fecit idem sanctissimus zelosissimisque Pontifex, ad falsam poenitentiam abolendam, prout habet inscriptio Concilii. Ut enim Binius observat in notis suis ad illud Concilium, frequens erat in Britannia hoc tempore, quod, absque aliqua emendatione, peccatores, in isdem peccatis perseverantes, absolventur. Hoc maium Ecclesia Gregorius Papa jublatum volens, Legationem decrevit in Britanniam minorem, ibique mandavit celebrari Concilium, quo poenitentia illa, qua populus sanctus erat, plane proferberetur. Ubi per peccantes, in isdem peccatis perseverantes, si haud dubie intelliguntur, qui post Confessionem in fructibus bonae operationis non permanentes, solita criminatacine & cito repebant. Illos enim in peccatis suis perseverare patres consueverunt, qui post Confessionem illa non emendant, sed in ea facile ut ante relabuntur; utpote qui ne tunc quidem plena voluntate ea relinquere velint, cum committitur, prout ex decernis constat.

82 Post Gregorium VII. Innocentius II. celebravit Concilium Lateranense II. in quo can. 21. declaratur inala, quae sequuntur ex falsa poenitentia: quia inter cetera unum est quod sanctum maxime conturbat Ecclesiam, falsa videlicet poenitentia: Confratres nostros & Presbyteros admonemus, ne falsis poenitentis animas decipi, & in infernum detrahi: asiantur, falsis poenitentes absolvendo. Cujusmodi poenitentium varia ibi referunt exempla.

83 Concilium denique Rothomagensis anni... sic habet: *Nemini facultas & frequentia indulgentiarum omnia graviora crimina, Ecclesiastica disciplina observatur, & ad eadem sua maiora perpetranda crecescit hominum audacia.*

## §. IV.

## Judicium Sanctorum novissimorum de isdem.

84 Sanctus Thomas Villanovanus conc. 3. in Dom. 4. Quadrage. censet quod abque dignis poenitentiae fructibus, quibus contra relapsum fortes efficiantur, statim absolvere eos, qui post Confessionem statim redeunt ad peccatum suum... licet dicant in Confessione, quod vere proponant emendationem, si eis decipere, iniquoque absolvere. Quodque Confessarius ipse credere non debet, nisi effectivè jam emendatis. Verba cap. 112. profertur.

85 Concione vero in feriam 6. post eandem Dominicam sic loquitur: *Illum qui a Domino vivificatus, desiderio salatus a vivo in sepulchro foras egreditur, vos, o Sacerdotes, solvite... prius ergo vadat, & concubinam a domo expellat (& idem est de alia quacumque proxima peccandi occasione, atque ad eod. de peccandi consuetudine) peccatam alienam restituat, contractus usurarios rumpat, famam proximi laesam, prout potest, restituat, mercenariorum labores, & pauperum debita solvat, offensus fratris reconciliat, & veniam peccati, & tunc ad Confessarium redeat, & absolvatur. Hic rectus est ordo, hic in Lazari suscitacione a Domino servatus est. Hunc ordinem ne transgrediaris.*

86 O Medice! cur tacentem solvis? cur indigno veniam promittis? cur cui absolutionis beneficium exhibeat, non disceris? Quas tibi claves Dominus dedit, unam discernendi (dignos absolutione) alte-

ram judicandi, absolvendi scilicet, dignos, & illigandi indignos, & non satis probatos dignos: *Es tu sine discretionis examine, neminem ligas, omnes absolvis. Unà tantum clave (judicandi scilicet) neque integrè quidem uteris, sed dimidiatè (quia neminem ligas) beu! beu ventrem meum doleo: in domo Dei horrendum vidi. Quidam horrendum? Pajiores, Domini sui oves jugulantes: Medicos, populi sui egrotos occidentes: Judices, surpibus blandientes: Consores, flagitia palpantes: Cacos, gregem Domini dirigentes. An non horrendum hoc? ... O miseri, ANIMARUM NON CURATORES, SED INTERFECTORES! NON CONSULTORES, SED DECEPTORES! quid respondebitis Domino, pro grege, quem vestris blanditiis decepsistis? ... QUID ECCLESIAM DOMINI HUCIE PERDIT, NISI CONFESSARIORUM ET PASTORUM BLANDIENS ADULATIO? ... Va miseri... vulnere limant, vermem conscientiae exingunt, stimulum peccati aserunt, & securus peccatores ad inferna demittunt. Qui si timorem populo inirent, forsitan illum a vitis revocassent. Cui comparabimus adulatores istos? ... similes sunt hominibus, qui à ripa percontibus in flumine manum porrigunt, & violentià fluminis ipsi cum alis demerguntur. ... Pondere namque peccatorum adulatorum suos post se peccatores in precipitatorum, & secum ad inferna deducunt.*

*Hec contra quondam Confessarios nostri temporis, PIE IMPIOS, ET IMPIE PIOS dicta sunt, qui, ne confitentis aliquavies contumescant, illos in sua nequitia manere permittunt. At quanto melius esset ad modicum contristare, quam in aeternum damnare! ... Non te pigeat, o Sacerdos! agros moribus ad poenitentiam contristare.*

Post Villanovanum S. Carolus Borromeus in 57. instructione ratorum p. 2. in primis cap. 1. dicit, summo perè cavendum esse multis Confessariis, ne in gravem reprehensionem incidere eorum indulgentia; cum de tanto numero confitentium tam exiguum emendationem videmus in eis qui toties, & tam multis annis hoc Sacramentum frequentant, ob nimiam haud dubie in absolvendo facilitatem, & in poenitentia imponenda remissionem. Ob quam etiam cap. 12. addit quod Confessariorum vel incuria vel negligentia, vel alia de causa sepe accidit, quod absolutionis beneficium eis impartiantur, qui eo reverè indigni sunt; ac proinde multi in eisdem sepe peccatis herent, cum animarum suarum lamentabili ruina.

Et cap. 17. loquens de modo, quo Confessarius se gerere debet cum iis qui sunt in occasione peccandi per se licita, sed respectu ipsorum periculosa (cujusmodi plurimis esse solent, in coisris esse, mercaturam sequi, magistratus obire, Advocati & Procuratori officia exercere, aliaque id genus, quae dum quis tractat, fit saepe ut vicini blasphemis, furtis, iniuriis, &c. Deum graviter offendat) postquam dixit quod hominem eo modo constitutum absolvere non debet, si existimat ad eandem peccata rediturum, quando in antiqua occasione perseverat, sed agnum est, ut vita emendatio, & quadam illius approbatio per temporis intervallum expectetur. Protinus addit: *Aique hic vigilandum est eò diligentius, quo manifestum est hac in parte Confessoris incuria sua (id est ignava facilitate, qua tales homines, contra regulam proximè dictam, absolunt) maximam præbere causam, cur in omnibus fere opit iis, & exercitacionibus publicis, peccata gravissima inveniantur, & abusus intolerabiles.*

Simili modo c. 14. conquestus fuerat quod hæc 89 tempore luxu vestium (& alia quolibet peccandi licentia) ad summum, quem consenserere possit, verticem videtur evasisse, magno ex parte culpa



negligentia Confessoriorum, qui... nullo cum serupulo eos absolunt.

90 Post S. Carolum S. Franciscum Salesium in Instructionibus & Constitutionibus suis Synodalibus (quas in ordinem digessit, auxit, ipsique dicavit Successor ipsius, in dedicatoria sic S. Franciscum alloquens: *Grand Sains... nous n'y parlons que par votre bouche; nous ne nous y faisons entendre, que comme un foible écho de vos paroles divines... enfin nous n'y établissons que des vérités solides, tirées de plusieurs de vos ouvrages, & appuyées sur votre doctrine*) tit. 9. c. 5. sic habet: *Nihil perinde Ecclesiam dedecorat; nihil ita ejus violat disciplinam; nihil ita fovet peccatores in somnolenta peccandi consuetudine, quam probrobus ille mos, quo quidam Presbyteri peccata relaxant, non tanquam Judices, qui praevident & gravi criminum discussione discernant, num pro eo possint pronuntiare; verum tanquam mancipia, quae precipiti & adulant indulgentia peccatoribus blandiuntur. De istis adulteribus dicit Cyprianus, quod inducant in Ecclesiam dulcem crudelitatem, misericordiam & clementiam nomine palliatam. Eamque quam dant pacem (id est absolutionem) idem Cyprianus irritam esse & falsam pacem asserit, dantibus periculosam, & nihil accipientibus profuturam.*

91 Et ut constet quomodo Confessarii istos committant abusus, regulas quasdam subiungit differendae absolutionis, ex quarum non observantia abusus illi proveniunt. *Expropter us abusus isti eradicentur. Confessarii differens absolutionem pluribus in casibus ibi enarratis, signantibus illi qui vitiosis habitibus eradicandis nervos omnes non intenderint, in Confessione alias adonitit & correpti... Legi poterant plures casus, in quibus poenitentem dimittere oportet, in Instructionibus S. Caroli.*

Salesio proinde Judice, Confessarii istis in casibus statim absolventes, Ecclesiam maxime dedecorant, Ecclesiam violant disciplinam, peccatores fovent in somnolenta peccandi consuetudine, inducunt in Ecclesiam dulcem crudelitatem, pietatis ac misericordiae nomine larvatum, &c.

92 Sed quid si peccator spondeat vitae emendationem, proxima occasione absolutionem, &c. illine Confessarius debet credere, statimque absolvere? Non, inquit: *siquidem varii Presbyteri se faciles exhibent in danda peccatorum absolutione, modo peccatores spondeant emendationem, & elongationem a proxima occasione peccandi... diligenter inquirendum est, num idem non saepius promiserint? Nam si idipsum idemdem promiserint, nec promissum impleverint, Presbyter illorum verbis non debet credere, sed differre absolutionem, quousque ab istis occasibus peccandi recesserint, & quoadusque per aliquod temporis spatium ad eas non redierint. Nam si datur absolutio sine spe probabili quod poenitens stabit promissis, sanguis Christi profanationi exponitur, & Presbyter iteratarum prolapsionum, & illorum malorum se reos constituit, quae ex falsis nascantur absolutionibus. QUIBUS PERIT TUM PRESBYTERORUM, TUM POENITENTIAM MULTITUDO INFINITA.*

93 Poenitentem autem, cui tunc absolutio negatur, vel differitur, suaviter monendum dicit, quod ipsi hoc pacto vitam detur... *faciendi aliquam poenitentiam, ad veram poenitentiam obtinendam; quodque non desint rationes dubitandi, an verè peccatum deserere deernat, cum post tot promissa non fecerit, quia scilicet firma solida poenitentiae fundamenta non jecit, quamdum nullam aut vix ullam poenitentiam ad veram poenitentiam obtinendam fecit.*

§. V.

Eminentissimorum Cardinalium Groppari, Frede-

rici Borromaei, Bellarmini, Lecani, Forbinii querele de istis.

Laudatis Sanctis succinit Joannes Gropperus 94 (Vir egregie sanctimonie & doctrinae, quem Paulus IV. teste Sacchino reuocentem in Cardinalium adlegit Collegium) in sua Institutione Catholica, ubi plurimum redarguit negligentiam, imperitiamque Sacerdotum, in congruis poenitentis imponendis, eamque dicit esse causam foedissimorum malorum & scandalorum, quae videmus in Ecclesiam agminatim inundasse. Ideoque pag. 231. vehementer monet Sacerdotes, ut caveant, ne vulnere, dum ad huc pus intus est, parcenti manu cicatricem obducant, sed potius secato eo, & aperto, fortiores poenitentiae medicinas, dum omnis putredo evacuatur, insendant; addique eos, qui hanc tam necessariam & salutarem curam negligunt... *saucios & remissivos, non attractato vulnere, inani spe lactare, eaque impletos, in morsem aeternam duraturam, dum impoenitentes manent, nullosque dignos poenitentiae fructus edunt, praecipit.*

Succinit & Cardinalis Fredericus Borromaeus, 95 S. Caroli Borromaei Patruelis, & in Archiepiscopatu Mediolanensi post aliquot annos Successor, tom. 3. all' adunanza de Confessori, ragionamento 1. 2. 3. 4. & 5. ubi vehementer redarguit Confessarios, qui S. Caroli, de absolutione certis casibus neganda vel differenda, regulas idè sequi nolunt, quia major pars Confessoriorum eas non sequitur, ragionamento 3. eos iniquis comparans mercatoribus, in monopoliis conspirantibus, in quibus non tam attenditur quid iustum, Deo gratum, & publico bono proficuum, quam quod turpi lucro acquirendo magis sit commodum. Confer caetera quae ex ipso retulimus num. 47.

Succinit etiam Cardinalis Bellarminus conc. 8. 96 in Domin. 4. Adventus: *illi se ministras & dispensatores non agnoscent, qui quasi non essent Domino rationem redditori, summam facilitate omnibus manum imponunt, & tam contritus, quam non sufficienter contritus... tam satisfacere paratos, ut oportet, quam non paratos (quales sunt pro majori parte, qui post graviora vel saepe repetita crimina, ad Confessionem sine praeviis poenitentiae operibus veniunt) quasi propria potestate & auctoritate absolunt. Isti sua imperitia & superbia corrumpunt populos, & eis vera poenitentiae viam pracludunt. Nec enim esset hodie tanta facilitas peccandi, si non esset tanta facilitas absolventi. Veniunt homines onusti peccatis, & qui milles in ea ceciderunt. Et veniunt saepe sine ullo signo doloris (nisi quod confiteantur & ore dicant, se dolere) vel pridie, vel ipso die summae celebritatis, & statim absolvi, & ad sanctorum mysteriorum communionem accedere volunt. Et nos JUDICES INCONSIDERATI, DISPENSATORES INFIDELES, omnibus manum imponimus, omnibus dicimus, ego te absolvo, vade in pace. SED VAE NOBIS, CUM DOMINUS RATIONEM PONET CUM SERVIS SUIS. Servi sumus, dispensatores sumus, non domini sumus. Causam Dei agimus, non nostram. Offensa Dei, non nostras remittimus. Bona Dei, non nostra dispensamus. Hinc videlicet S. Augustinus epist. 148. Nihil est (inquit) in hac vita, & maxime hoc tempore facilius, & laxius, & hominibus acceptabilius Presbyteri officio, si perfurdioris & adulatorie res agatur. Sed nihil apud Deum miserius, & tristius, & damnabilius. Et S. Joannes Chrysostomus homil. 3. in Acta: NON TEMERE DICO, SED UT AFFECTUS SUM, AC SENTIO: NON ARBITROR INTER SACERDOTES MISEROS ESSE QUI SALVI FIANT, SED MULTO PLURES QUI PEREANT. UNUS ENIM ANIME PERDITIO TANTAM HABEE FACTURAM, UT NULLA RATIONE POSSIT ESTIMARI.*

Re 2



ri. Terribilia sanè verba, & quæ merito quemlibet Confessorium admonere debent, ne indiscriminatum omnibus quomodolibet accedentibus manum imponat, sed penitentibus verbo & facto inculcare, Sacramentum Pœnitentiæ esse baptismum laboriosum... utpote quod requirit gemitus, contritionem, lamenta, fructus dignos penitentiæ, preces, jejunia, elemosinas, & alia ad genus opera, prout Ecclesia Catholica docet, & semper Patres... docuerunt. Quorum citatis testimoniis, nominatim Cypriani, Nazianzeni, Ambrosii, Theodreti, subdit: Quid opus est tam multi testimoniis hominum? cum ipse Spiritus sanctus in Scripturis sanctis semper cum penitentia planctum amarum, cordis contritionem, cinerem & cilicium, jejunia & elemosinas conjungat.

97 Et concione 9. Veniant nonnulli ad Confessionem. Adferunt unam sarcinam peccatorum, quam duo equi ferre non possent... Es tamen nullæ sunt lachrymæ, nulli gemitus, nulla signa veri doloris ( nisi quod confiteantur, ut supra ) quin etiam nonnulli vix genua figere dignantur in terra; sed uno genu dimittunt, & illo super pulvinari interdum posito, ita manent, quasi furari absolutionem, & statim auferere velent. Nec vestium pompam deponunt, nec ullum signum doloris ostendunt ( nisi ut supra ) hæcine est contritio?... Scripturæ sacre, cum de penitentia loquuntur, absque cinerem & cilicium commemorant, & nunc planctum amarum, nunc lacrum unigeniti adhibendum esse docent. Doctores verò profecto mirum est quid dicant, cum de penitentia verba faciunt. Siquidem eam baptismum laboriosum, baptismum lachrymarum, &c. vocant. Beatus Gregorius Nazianzenus orat. 2. de baptismo: " Recipio ( inquit ) penitentes, si lachrymis rigatos videro. " Audite beatissimum Cyprianum in serm. de lapsis: " Quam magna deliquimus, tam granditer deſcimus... penitentia crimine minor non fit. Putasne Dominum citò posse placari, quem verbis perfidis abnuisti?... Orare oportet impensius, & rogare, diem lectu transigere, vigiliis noctes ac sicutibus ducere, tempus omne lachrymosis lamentationibus occupare... cineri & cilicio volutari, &c. " Hactenus Bellarminus.

98 Cardinalis quoque Le Camus, Episcopus Gratianopolitanus ( ob egregia merita, vitæque sanctimoniam ab Innocentio XI. ad Purpuram euectus ) in Epistola Pastoralis, præfixa posteriori parti Theologiæ Moralis Francisci Geneti, multum laudat istum Authorem, qui in hac parte Sacerdotibus Jesu Christi ( inquit ) ostendit rectum clavium usum ( opinionibus cap. 5. relatis diametraliter adversum ) quem servare debent in administratione Sacramenti Pœnitentiæ, si suâ abuti nolint potestate, nec semetipsos ligare, dum volunt alios solvere. Ipsi pariter ostendit, quam verè in Instructionibus S. Francisci Saleſii dicatur, nihil esse quod Ecclesiam majore contemeret probro, quod tantopere enervet disciplinam, quodque peccatores in iniquitatibus & abominationibus suis aequè faciat indormiscere, quam abusus absolutionis, quem faciunt Sacerdotes, illam impartiendo, pedissequi ad instar, magis quam Judicis. Et addit: In miserabili hoc tempore ( quo facilius reperire est peccatores justè severitati disciplinæ Ecclesiasticæ paratos se subſistere, penalesque peccatis promeritas suscipere, quam Confessarios ad eas secundum Ecclesiam spiritum imponendas dispositos ) non dubitamus fore, ut nonnulli imprudentes peccatorum adulatorum, per quos in Ecclesiam ( ut D. Cyprianus ait ) sub misericordiæ titulo blanda perniciis, & impietas sub vocabulo pietatis irrepit, contra sanctam illam salutaremque doctrinam ( in laudata posteriori parte traditam, & à nobis hic propugnata ) insurgant. Verùm... conscientia nos urget

ad zelum nostrum tantò magis acuendum in illius defensionem... quò fortiores conatus adhibentur ad illius oppressionem, &c.

Et Cardinalis Forbinus, dum foret Episcopus Diniensis, in Epistola Pastoralis, quæ Casuistarum Apologiam opinionem cap. 5. recentis propugnantem condemnat, hanc assertit, quia peccatorum remedia corrumperet conatur, & intrudere pro Sacramento Pœnitentiæ regulas, quæ planè ejus virtutem & efficaciam destruant, ac de tam salutaribus & necessariis remediis efficiunt lethale venenum; cum teneat, quod... non sit necessarium, ad acquirendam absolutionem... dereliquisse consuetudinem criminum, quantumvis investigatorum. Contra quam opinionem Duceſſis sui Pastores & Confessarios instruens: Recordamini ( inquit ) vos à me duplicem potestatem accepisse; & sicut secundum decretum Dei absolvere debetis eos, qui cum Lazaro... exonerarunt se pondere consuetudinis, & gravitate lapidis, quo in sepulchro clauderantur; ita econtrà ligare debetis eos, qui, cum adhuc sanibus peccatis conficti sunt, ostendunt habere se horrorem ab iis qui eorum vincula dirumpere possunt salutari absolutionis dilatione, medicinalique satisfactionum impositione. Si enim eos velitis absolvere, timendum est, ne vosmetipsos ligetis, ut S. Ambrosius notat... Meminisse debetis vobis à Jesu Christo prohibitum, dare sanctum canibus, qui continuè ad vomitum revertuntur, mittereque Evangelia margaritas, & pretiosissimum mysterium nostrorum ante infames illos porcos, adhuc inherentes luto & stercore sordidarum voluptatum suarum, &c.

## §. VI.

Celeberrimorum Episcoporum adversus eosdem censuræ.

ANNO 1643. prodit eximii Doctoris Antonii tœ Arnaldi Liber de frequenti Communione, adversus opiniones cap. 5. exhibitus. Quem necdum supra viginti Parisiensis Doctores, sed & sexdecim, tum Archiepiscopi, tum Episcopi, non solum approbarunt, sed & sum fecerunt, & magnificis laudibus, velut sanctissimam doctrinam, sanctorum Patrum traditione firmatam, verumque Ecclesiæ spiritum continentem extulerunt: Cumque laudatum Authorem in odium atque invidiam vocare, doctrinamque, libro ipsius contentam, infamare adversarii niterentur; epistola ad Urbanum VIII. anno 1644. conscripta, ipsum, velut paternæ traditionis exscriptorem, laudare perrexit; traditamque illo libro doctrinam, velut utilissimam, imò necessariam ad primumniendos fidelium animos adversus inducta noviter à nonnullis ( quod, inquit, oculis, & quotidiana experientia compertum habemus ) quædam periculosa dogmata, quibus... divinorum Sacramentorum usus, qui sacer omnino ac salutarius esse debet, in perniciosum, ac piti omnibus deplorandum abusum sæpè convertitur. Vide supra n. 11.

In epistola verò anno sequenti scripta ad Innocentium X. Eò placidus ( inquit ) atque securus librum illum ( de frequenti Communione ) ut prius sanctissimo Prædecessori vestro, ita nunc Sanctitati Vestræ iterum commendamus, quod quem fructum ex eo fideles omnes percepturos certis argumentis sperabamus, eum nunc illos & percipisse hæcenus, & in dies magis ac magis percipere videamus, dum ejus beneficio verè sanatis animarum vulneribus, Ecclesiæ fideles, ut Christi membra, Deique filii, verè Christianam ac Deo dignam vitam agere studuerunt, Calvinistis etiam non paucis... ad pietatem aequè ac Catholicam fidem



conversis. Ita enim sanctissima Magni Card. Caroli Borromei doctrina, in eo libro fidelissimè exposta, mentes affectu, atque à vitiorum illecebris abstractas, ad morum integritatem innocentiamque transfudit, ut sicut in opere isto Sanctum illum, quasi vivum ac spirantem, & Ecclesiam Dei etiamnum docentem intuemur; ita ipsius felicissimi temporis, in animarum salubri conversione, exprimi quamdam imaginem efformarique cernamus... ita ut communem Patrem non sine aliqua commotione auditarum arbitremur, quibus artibus libri hujus, & virtute atque eruditione Clari Authoris adversarii in doctrinam tot DEI, SUMMORUM PONTIFICUM, ac CONCILIORUM ORACULIS CONFIRMATAM INSURREXERUNT. Aut enim sententiarum verissimarum & fundatissimarum vellicatione, aut locorum ipsa contextus serie clarissimorum obsecratione, aut rerum certissimarum in detortos ac planè alienos sensus distractione, aut pravaram consecutionum subtilissima deductione, aut contumeliarum iniustatâ acerbitate, ita libellos suos impleverunt, ut dum alienam famam temere appetunt, suam justo Dei iudicio projectisse videantur.

101 In eisdem verò libri approbatione, Octavius de Bellegarde, Archiepiscopus Senonensis, Hic liber (inquit) . . . Sacramenti utriusque abusus, qui contra Ecclesie leges ac mentem valde increbruit, . . . tam nervosè ac luculenter exponit, ut dubitari nequeat, quin . . . maximam utilitatem sit Ecclesie allaturus.

102 Bernardus, Episcopus S. Papuli, in eisdem approbatione: Ad hujus ætatis languorem & corruptelam utilissimum, imò necessarium fuit hoc argumentum altius penitusque tractari. Quicunque integrè ac Christianè sentiunt, absolutissimi hujus operis evulgati gratiam Authori debent, Sanctorum, Conciliorum, Ecclesieque antiquam doctrinam summâ fide profert. . . ad ejus denique cultum & usum tanto rationum pondere trahit, ut ei non obsequi, nihil aliud esse videatur, quàm pertinacia contumaciæque litare. Non minus tuta salus animas eò revocari, unde blanditiâ indulgentiæque nimia eas detorsit; quàm periculosa perniciæ, cujus miserimam licentiam turpis & fœda æstivatio induxit.

103 Et Dionysius, Episcopus Briocensis, in istius libri similiter approbatione: Author in integrum restituendo utiliter sudes Pœnitentiæ Sacramento, cujus omnes partes hæc ætate convulsas videntur. Contritionem nimia leviorum attritionum tenuiumque pœnitentiæ signorum fiducia. Confessionem innumeris versutis ac facis quibus vulgus imbutur. Satisfactionem laxiori adversus peccatorum duritiem indulgentiâ, promiscuâque prematurè absolventi facilitate, &c.

104 Anno 1657. typis Parisiensibus prodit Apologia Casuistarum, in qua cum sequentes legerentur propositiones: prima pag. 49. Theologorum doctrina, de absolute non neganda, magis etiam locum habet in iis, qui repetitis sæpè juramentis, ebrietate, spurcitiâ, validum horum habitum & consuetudinem contraxerunt. Quamvis enim illa consuetudo, voluntate contracta, proxima habeat occasionis locum, quâ ad supradicta peccata propelluntur, sæpè tamen hæc consuetudo voluntaria dici non potest; cum eam oderint, ac deponere optent.

Secunda pag. 162. Non est necessarium, ut Confessor sibi persuadeat, fore ut pœnitens mutandè in melius vitæ propositum exequatur, neque quod hoc probabiliter judicet; sed sufficit, quod pœnitenti adesse judicet generale propositum, licet presentiat ipsum brevi relapsurum. Contraria Jansenistarum doctrina tendit ad desperationem, & evertit Sacramentum Confessionis. Ubi enim inveniantur pœnitentes, de quibus Sacerdos certitudi-

nem habere possit, quod in eadem flagitia non relabentur? Hanc si expectet Sacerdos, nihil opus est Pœnitentiæ Sacramento. Quod nec iis necessarium est, qui baptismi innocentiam conservarunt, nec iis concedendum, qui eam amiserunt; utpost de quorum non relapsu certitudo haberi non potest.

Tertia ibidem: Debet ergo pœnitentem Sacerdos absolvere, tamen si in crimina relapsurum esse sentiat. Addunt Theologi, quod licet de se pœnitens judicaret, se brevi relapsurum, ipsum nihilominus toties quoties absolute dignum esse, dummodo tempore Confessionis peccatum ipsi displiceat. Quod enim vehementius timet iteratarum relapsurum, tantò studiosius confugere debet ad Confessionis remedium, ut illius ope convalescat, &c.

Ludovicus Henricus de Gondrin, Archiepiscopus Senonensis, in censura istius Apologiæ, de istis propositionibus sic censuit: Iste propositiones periculose sunt, ad fovendam peccati libidinem excogitata, Sacramento ac virtuti Pœnitentiæ injuriosæ, judicariæ authoritatibus, que in Sacerdotibus, tamquam Christi Ministris, residet, destructivæ, eosque aliorum criminum participes efficiunt. Hæc censura in Synodo generali Senonensi, ad instantiam ipsius Synodi, publicata fuit anno 1658.

Vicarii Generales Eminentissimi D. Cardinalis Retzii, Archiepiscopi Parisiensis, in censura eisdem: Doctrina hæc est temeraria, in praxi periculosa, scandalosa, tendens ad relaxationem Sacramenti Pœnitentiæ, retinet peccatores in peccatis suis, inducit in ordinarios relapsus, & exponit Confessarios periculo abutendi absolute. Subscribunt huic censuræ, præter duos Vicarios Generales, octo insignes Theologi Doctores, Garnachæus, Segulier, Gaudin, Gauquelin, Henault, Aleaume, Richeceur, Louvet.

Annas de Levy de Vantadour, Archiepiscopus Bituricensis, in censura eisdem: Condemnavimus, & condemnamus librum, cui titulus: Apologia Casuistarum, &c. tamquam perniciosissimum, continentemque in omnibus sæpè paginis, plures propositiones exitiosas, periculosas, absurdas, scandalosas, temerarias, ac præsertim propositiones contentas in extracto nobis oblatoper Promotorem nostrum (quas inter sunt secunda & tertia num. 577. relata) tamquam omnes vel scandalosas, vel falsas, vel erroneas, vel contrarias Scripturæ sanctæ, mandatis Dei, regali Evangelii, Ecclesie canonibus, & Patribus.

Egidius, Episcopus Ebroicensis, in censura eisdem, declarat, se idè eam condemnare, quia destruit debitam & obligationem. . . Confessariorum erga suos pœnitentes, eos inducens ad dandam nimis temerè absolute peccatoribus, absque eo quod eos retrahant à consuetudine peccandi, etiam supponendo, quod in idem reincident.

Nicolaus, Episcopus Bellovacensis, in censura eisdem, facta ad instantiam trecentorum & amplius Curatorum, synodaliter congregatorum: Non patiemini quod tractetur Sacramentum hoc tam profano modo (prout Apologia ista tradit) . . . si vos verè intendatis conscientiam vestram puram tenere coram Supremo Judice, cujus non nisi dispensatore ac ministri estis. Multum avari eritis à crudeli mollitiè illius Authoris, qui docet quod Sacerdos debeat absolvere pœnitentem, licet supponat, quod reincidet in suum peccatum; imò quamvis ipsemet pœnitens se brevi relapsurum judicet.

Illustissimi Aquitanicæ Episcopi, Alcentensis (cujus elogium ab Innocentio XI. emanatum habet supra n. 13.) Appamienis (de cujus sanctitate, heroicisque virtutibus oculatum testimonium reddidit piissimus Contentonus to. 2. Theol. mentis & cordis differt. t. c. 1. Ipeculat. 1. §. Sanctitas Ecclesie Romane) Convenensis, Vazatenis, & Conteranensis, in censura eisdem damnant ipsam



quia sibi Apologista difficultatem non facit, fidelium salutem periculo exponendi per sacrilegas absolutiones, quas dare debent existentibus in occasionibus proximis, & habitibus criminum.

111 Magnus Vencientis Episcopus, Antonius Godæus, Episcopatum virtutum ornamentis, Concionum facundia, scriptorum eruditione multitudinè toto o. be. celeberrimus, in Mandato Synodali anni 1659. quo & S. Caroli Instructiones promulgavit, dictamque Apologiam confixit, post laudatas Instructiones illas, in quibus reperietis (inquit) *methodum sanctam, atque ad peccatores à pravis habitibus suis eruendos salutarem... quæ per discretam rationabilemque severitatem, in vera penitentia via constituuntur, vique efficacissimi fideles sanguinis Christi dispensatores, penitentiumque vestrorum (sicut reverè Christus vos instituit) Judices; non verò eorum mancipia, quales vos esse volumus Casuista, dum obligatos vos volumus ad impartendam illis etiam absolutionem, de quibus nullam future emendationis concipitis spem. Damnat deinde Apologiam, dictæ Instructionibus adversam, utpote quæ statim atque prodit in lucem, suspendam in omnibus, quotquot eam legerunt, excitavit indignationem. Auctor quippe illius ad hoc collumasse videtur, ut unum in corpus omnes colligeret sordes, aberrationes, & corruptiones, in novitibus Casuistis dispersas; quas tantâ tuetur audaciâ, ut prodigijs cæcitas ipsius digna sit gemitibus.... Stylus ipsius demissus, ratiocinatio puerilis, probationes invalidæ, Patrum allegatorum falsificatio injudensissima, conclusiones falsæ sunt & periculose. Totum operis corpus venenatum spirat furorem adversus defensores Ethices Christianæ, quos odiosos reddere conatur officio hereticorum (scilicet Jansenitarum) nomine. Quos enim ut tales traducit, Curati sunt Parisienses, Rothomagenses, aliarumque præcipuarum Gallie urbium Sanctissimi sunt Episcopi, Sacerdotes eximia virtutis, spectata probitatis Religiosi, quorum publica professio est, quinque damnatas à S. Pontifice propositiones damnare, debitanque S. Sedi, prout Catholicos decet, reddere submissionem.*

112 Nec soli illi, sed & complures alii Episcopi, scilicet Rothomagensis, Aurelianensis, Andegavensis, Nivernensis, Cabilonensis, Tullensis, Lexovientis, Cadurcentis, Suessionensis, eandem Apologiam, tamquam opinionibus periculosis repletam, Christianæque de moribus & penitentia doctrinæ labefectivam damnarunt.

113 Denique omnes penè Galliarum Episcopi, in solemnissimo & frequentissimo totius Cleri Gallicani Conventu anni 1655. nimiam absolvendi facilitatem, per illas Apologias propositiones concessam, aperte damnarunt, non solum dum S. Caroli Instructiones, illis adversas, suis expensis excudi, per omnemque Diœceses, velut aggerem propositionibus illis oppositum, divulgari curarunt; sed & dum in Epitola, Instructionibus præfixa, gravissimis hinc verbis in facilitatem illam absolvendi intulerunt: *Non mediocri nos dolore afficit perniciosa quamplurimorum Confessariorum in danda penitentibus suis absolutione, quam illi falsis pietatis coloribus prætexunt, quasi hoc modo illos à peccatis paulatim avertant, & à desperatione ac Religionis contemptu retrahant. Neque enim tantam in ipsis militiam præsumimus, ut particulare suum, vel Communitatum suarum commodum attendant in dirigendis penitentibus suis, qui ad penitentia balneum, quo nunquam mundantur, accedunt, atque ex frequenti carnis Christi manducatione, non fortiores, ut par esset, sed debiliores evadunt, semperque aquè pleni sunt amore sui, & mundi, ac si in idolorum mena consedissent. Et intra: Tam deplorabili malo remedium efficacius in præsentiarum opponere non volumus, quam S.*

Caroli Borromæi... Instructiones, quas impenitentibus excudi curavimus, ut ex his Confessarii discerent modum, quo administrare debent Penitentia Sacramentum. Quo remedio sollemnis ille Cætu idè contentus fuit, quia (teste Godæo) in prædicta Apologiarum censura) tunc nullabat tempus Cætum illum terminandi, nec proinde fuperebat tempus tanto malo obviandi per censuras juridicas, licet ad lecturam propositionum omnes in illo Cætu congregatos tantum conceperint de his horrorem, ut suas sibi aures vix non obturaverint, ne propositiones illas audirent; at Nicæni Concilii Patres obturaverunt, ne Arii blasphemias, ex quodam libro ipsius excerptas, audirent. Hactenus Godæus.

## §. VII.

Specialiter exhibetur censura gravissima, æquissima, que Illustrissimi Atrabatenis Episcopi, una cum insignibus de penitentia regulis, censuram confirmantibus.

ANNO 1675. septimâ Novembris prodit censura Illustriss. D. Guidonis de Seve, laudatissimi Atrabatenium Episcopi, adversus aliquot propositiones R. P. Jacops de Soc. Jesu Duaci S. Th. Professoris. Quarum prima hæc est: *Si penitens dejerere velit occasionem proximam, v. g. famulus intra tempus locationis sue familiaris, in qua peccat cum domestica; & caupo, qui solet inebriari, &c. potest absolvi. Quia licet ex justa causa (qualis est hic) exponere se proxima occasione peccandi (dum scilicet absque gravi incommodo deseri non potest, uti exponebat R. P. Jacops) modo absit voluntas peccandi.*

Secunda: *Si occasio proxima deseri non possit absque gravi damno temporalis, ut caupo, auriga, chivurgus, qui solet peccare in illis artibus, nec alias norunt, si nulla sit emendatio, sunt Authores qui docent equidem absolvendos esse, nec cogendos ad deserendam occasionem proximam. Quia si dolor appareat efficac, negatio evitandi illam occasionem non apparet illi dolori contraria. Cùm permanere in illa occasione non sit per se peccatum. Alias non licuisset primâ vice in ea permanere.*

Tertia: *Non est licitum Confessario differre absolutionem penitenti, quando Confessarius non est certus moraliter, aut saltem probabiliter non credit fore, ut possit postea ipsemet dare absolutionem. Quia in hoc casu penitens obligaretur ad hinc confitentiam.*

Quarta: *Non est licitum Confessario differre absolutionem consuetudinariis, licet in illis nullam videat emendationem actualem.*

Quinta: *Si consuetudinarii graviam criminum non possunt absolvi, nisi notabili tempore ab eis abstinerint; quia alias non constabit Confessario de contritione penitenti. Etiam consuetudinarii peccatorum venialium non poterunt absolvi, nisi diu ab illis abstinerint.*

Sexta: *Non est licitum differre absolutionem penitenti, ex eo præcisè quod reincidat in idem peccatum grave.*

Septima: *Confessarius habet rationabile, seu sufficientem motivam credendi quod penitens sit verè contritus (post lapsus, vel dum adhuc est in consuetudine, vel occasione proxima peccandi) quando penitens attestatur se verè esse contritum, & Confessario clarè & manifestè non constat contrarium. Cùm penitens in illo tribunali sit testis & actor. Et id quod S. Augustinus dicit sermone 39. de tempore: "Ad emendanda crimina vox penitentis sola non sufficit, non est huic doctrine contrarium. Non enim dicimus verba sufficere ad remissionem peccati, sed ad persuadendum Confessario, quod penitens sit dispositus.*

De hisce propositionibus sapientissimus ille Episcopus.



- piscopus, implorata (ut ait) ope Spiritus sancti, præhabitaque consultatione plurimorum virorum, pietate & eruditione spectabilem, tam sæcularium, quam Regularium, plurimorum quoque Doctorem celeberrimum Universitatum, pronuntiavit, doctrinam istis propositionibus contentam, *periculosam, falsam, scandalosam, temerariam, tendentem ad relaxationem Sacramenti Poenitentiae, imponentem Confessariis obligationem dandi absolutiones injustas, temerarias, præcipitatas, manifestè contrariam Evangelicæ doctrinæ.* Ideoque omnibus suæ Dioceseos Ecclesiasticis, præsertim Concionatoribus & Confessariis, inhibuit, propositiones illas, seu aliquam illarum, docere vel prædicare.
- 116 Illi censuræ tres addidit insignes de poenitentia Litteras Pastorales. In quarum secunda centum viginti duas tradidit præclarissimas veræ poenitentiae regulas, censuram confirmantes. Ex quibus ad rem nostram principalis faciunt sequentes.
- 117 Prima: "Via stricta, per Scripturam sacram perspicue tradita, per mundanos homines semper in Ecclesia fuit condemnata. En duæ doctrinæ, duæque traditiones sibi invicem contradicentes. Sed nos divina iustificabit, non mundana.
- 118 Secunda: "Sacrorum regularum abusus, qui à nonnullis fieri potest, earum usum impedire non debet.
- 119 Quinta: "Severitas, sicut non semper adhibenda est; sic nec semper omittenda. Prudentis Confessoris est discernere, quando sit vel non sit adhibenda. Qui tamen eam commiserare debet, velut remedium plerisque in casibus, sine quo peccator vel nunquam, vel non nisi admodum difficile ad salutem peringeret.
- 120 Sexta: "Caveat pro hodiernæ Ecclesiæ usu habere relaxationem, quam ignorantia, corruptorum Authorum lectio, & sæpè mollis ac remissa complacentia Confessariis quamplurimis suavit. Caveat Ecclesiæ, Conciliorum, & sanctorum Patrum spiritum, in directionibus Christianis, quæ sibi severiores videbuntur, damnare. Tamen enim disciplina Ecclesiæ inclinatio facta sit, non tamen in totum destructa. Multum quidem detraxit pudori, sed non totum poenæ. Nec per datam Episcopis facultatem, poenitentiam publicam in privatam commutandi, liberum Confessariis reliquit, secretis poenitentis detrachere quidquid in eis laboriosum est, & satisfactorium.
- 121 Octava: "Quamlibet iustum medium in sentiendo teneas, difficile evades censuram, dum veras poenitentiae regulas prædicabis, dum soli adhærebis doctrinæ Ecclesiæ, in Conciliis & SS Patribus expressæ, dum aperte damnavis abusus illi advertos. Ut suo quæque sapit auditori, vel nimium laxus, vel nimium rigidus audit. Siat pro ratione sola præventio, pro suo quisque gustu iudicat. Cui nuda placet veritas, vel ex ipsius inimici ore capit: ab his alienus, qui sapientem discretumque pro poenitentia zelum, habent pro zelo inconsiderato, qui ultra iustos limites efferatur.
- 122 Nona: "Quantum in te est, nulli parti addictus esto. Nullius sis, nisi quem Paulus expressit, dicens: *ego autem Christi.* Quisquis inter Christianos author est divisionis, destructor est charitatis. Ab odiosis proinde nominibus abstinendum, quibus fideles alii ab aliis se se discernant. Omnes unum sumus in Christo, omnes unius Magistri discipuli. Quamdiu Ecclesiæ fidem servamus, nomen aliud non agnosceamus, nisi Christiani & Catholici.
- 123 Decima: "In iis quæ fidei non sunt, & circa quæ suam Ecclesiæ mentem, aut propensio-
- nem non aperuit, nihil iniquius, quam proprias opiniones nimis ardentè tueri, & alienas damnare. Sequamur quam putamus veritatem, & conscientia nostra dictamen; nec constituamus nos censes cuiuscumque opinionis contrariæ, quamdiu os Ecclesiæ locutum non est.
- Vigesima secunda: "Dum remedium aliquod curando peccato necessarium Confessarius rationabiliter credit, existimare non debet, poenitentem esse dispositum, si eo uti renuerit; quin ipsum potius amare peccatum suum, dum unicum quo curari potest respuit remedium.
- Vigesima tertia: "Praxis abominanda est, absolutionem nunquam negare vel differre poenitenti, solo ore dicenti, se proponere emendationem, tamen vita præcedens, frequentissimeque relapsus ipsius suadeant oppositum, nullaque præbuerit indicia conversionis.
- Vigesima quarta: "Quot sunt peccatores, sæpissime confessi, qui tamen poenitentia Sacramentum nunquam receperunt? Quot Confessarii isto in ministerio incanuerunt, raro tamen Sacramentum istud ritè administrarunt?
- Vigesima septima: "Confessarius hujus Sacramenti dispensator est, non dominus. Illud ergo secundum Ecclesiasticas regulas (ex Episcoporum sanctionibus, Patribus, Conciliis, & Scriptura repetendas) ministrare debet. Ad eruendam veritatem Casuista faciem præferre possunt... Nihil autem statuerè. Hoc enim Christi est, & eorum quibus Ecclesiæ regimen Christus commisit.
- Trigesima prima: "Sacramenti Poenitentiae administratio, ministeriorum omnium est maxime formidandum, virtutem scientiamque postulans specialem, ut ei fiat satis. Quot animæ per Confessariorum ignorantiam, vel negligentiam perierunt? Quot perierunt etiam Confessarii ob sufficientis luminis, virtutisque defectum, qui alio in statu salutem fuissent consecuti?
- Trigesima tertia: "Nec meliores, nec utiliores famulos dæmon habet, quam malos Confessarios.
- Trigesima quarta: "Unde sit ut tot Christiani, imò tot Presbyteri, vivant tam parùm Christianè? Alii culpam conferent in amorem utilitatis propriæ; alii in defectum pietatis, aut religionis; alii in officii sui ignorantiam. Non minori forsitan ratione in eorum Confessarios culpa conjiceretur.
- Trigesima quinta: "Quibus non calumniis impetitur Confessarius, dum pravam nihil moratus consuetudinem, putat sibi absolvendos non esse, qui prædunt, illius consuetudinis præsidio gravissima excusari crimina; à quibus idecirco absolvendos se existimant absque poenitentia? Verùm enim verò si mundus eum damnet, & calumniatur in terris, Christus ipsum iustificat in caelis. Quod ipsi ad consolationem debet esse satis.
- Quadragesima octava: "Nunquam abusus, quamlibet generalis, pro lege esse debet. Christus (Augustino teste) Veritatem se dixit, non consuetudinem. Duorum istorum concordia rara est. Quia pauciores semper sunt amatores veritatis, quam mendacii sectatores ac defensores.
- Sexagesima octava: "Dum Confessarius probabiliter existimat fore ut peccator se non emendet, & meritò timet, ne in gravia relabatur peccata, quantumvis oppositum pollicetur, differre ipsi debet absolutionem, ut hæc probatione cognoscat promissionis ipsius veritatem, propositionisque firmitatem.
- Sexagesima nona: "Non facile credimus ho-



- „ mini in eo, in quo datam fidem sefellit. Secun-  
 „ doque decepti, non credemus tertio, absque  
 „ cautione sufficienti, nisi adsit iusta gravisque  
 „ causa. Prudentiam istam pro rebus adhibeamus  
 „ divinis, quam filii huius sæculi adhibent pro  
 „ mundanis. Si non minus ametur pretiosus Chri-  
 „ sti sanguis, quam propria utilitas aut pecunia;  
 „ profectò non exponetur profanationi, facilitate  
 „ tam temeraria, magis quam pecunia amissioni.
- 135 „ Septuagesima: „ Dum tibi peccator sapius con-  
 „ fessus est enorme crimen, licet ipsum modò  
 „ credas melius dispositum, & compunctum, op-  
 „ timum subinde erit ipsi differre tantisper abso-  
 „ lutionem; maioris seueritatis, periculique ca-  
 „ vendi gratia. At dum idem crimen eodem mo-  
 „ do confitetur, non adhibita post ultimam Con-  
 „ fessionem illa ad illud vitandum diligentia, o-  
 „ pus non habes alià regulà, quam ratione hu-  
 „ mana, ut quid agendum sit videas. Aut poeni-  
 „ tens ille impostor est, aut impostorem meritò  
 „ censuris. Neque enim interiora poenitentis, quo-  
 „ rum cognitio soli Deo reservata est; sed exte-  
 „ riora ipsius, & quæ per opera manifestat, Ec-  
 „ clesiasticæ disciplinæ regula semper fuerunt.
- 136 „ Septuagesima prima: „ Dum Poenitentia Sacra-  
 „ mentum poenitenti ad conversionem lapsus  
 „ inutile fuit: dum nec omnino se, nec partim  
 „ correxit; dum nullos adhibuit conatus novos ad  
 „ superandum peccatum; sed in eodem planè sta-  
 „ tu remansit, & dispositione eadem, in qua idem  
 „ crimen aliis vicibus, sine ullo pariter emenda-  
 „ tionis fructu confessus fuit: Confessarius ipsum  
 „ absolvere non potest, absque periculo sacrilegii:  
 „ cum rationabiliter præsumere possit & debeat,  
 „ quòd abusus fuerit, & iterum abutetur hoc Sa-  
 „ cramento.
- 137 „ Septuagesima secunda: „ Sciat Confessarius,  
 „ sibi aequè datam peccata retinendi, quam re-  
 „ mittendi potestatem, seque proinde aequè tene-  
 „ ri ad exercendam certis in casibus priorem ac  
 „ posteriorem. Nequit igitur conscientia suæ sa-  
 „ tisfacere, nisi iustam faciat casuum discretio-  
 „ nem, in quibus hanc vel illam exercere debeat.
- 138 „ Septuagesima tertia: „ Quemadmodum Ecce-  
 „ lesia frequenter absoluit eos, quos Deus non ab-  
 „ solvit; quia ab ipsis decipitur. Sic non rarò li-  
 „ gatos relinquere potest eos, quos Deus secretò  
 „ per veram cordis contritionem absolvit; eò quòd  
 „ ex una parte frequenter ab ipsis decepta, iustam  
 „ habeat rationem suspexam habendi fidem pol-  
 „ litationemque ipsorum; ex alia verò parte scru-  
 „ tari nequeat secreta cordium, nec in iis cognos-  
 „ cere veritatem conversionis interioris, quam  
 „ Spiritus sancti gratia in ipsis quolibet tempore  
 „ operari potest.
- 139 „ Septuagesima quarta: „ Ridicula excusatio est  
 „ dicentium: si non absolvam illum, alius absol-  
 „ vet. Dum enim constat absolutionem iniustam  
 „ fore, sacrilegamque, numquid non melius est,  
 „ ut alius crimen illud committat, quam tu?
- 140 „ Septuagesima quinta: „ Prudentia humana non  
 „ credit hominem de extremo ad extremum mo-  
 „ mento transire: nec hoc facile credit prudentia  
 „ & Moralis Christiana; ideòque facile non cre-  
 „ dit, magnum peccatum ritè conversum, quan-  
 „ do inter peccatum conversionemque vix nisi  
 „ momentum intercessit.
- 141 „ Centesima decima octava: „ Si Confessarii im-  
 „ pensus legerent fontem Moralis Christiana,  
 „ Scripturam scilicet, ubique reperirent poeniten-  
 „ tiam foeciam esse conversionis. Si Vitas iutra-  
 „ rent Sanctorum, nec unum ex ipsis sine labore  
 „ salvatum invenirent. Si Patres de poenitentia  
 „ tractantes consulere, in omnibus rigorem  
 „ conspicerent. Si Veteres omnes de hoc argu-  
 „ mento tractatores evolverent, nullum ex ipsis
- reperirent, mollioris erga criminosos praxis pa-  
 „ tronum. Si ergo mollior quilibet Confessarius  
 „ suum cum poenitentibus agendi modum con-  
 „ ferat cum doctrina Scripturæ, Conciliorum, Pa-  
 „ trum; si (inquam) cogiter quali ipsorum dolo-  
 „ re contentus sit, quem sufficere existimet, qua-  
 „ les poenitentias, seu satisfactiones imponat: vel  
 „ Scripturam, Concilia, Patres damnabit; vel mol-  
 „ liorem suum agendi modum, si propriam amet  
 „ salutem, emendabit.
- Centesima decima nona: „ Sibine Confessa-  
 „ rius discretus & sapiens persuadere potest, gran-  
 „ dia crimina, tam severe oim castigata, sufficien-  
 „ ter hodie reparari per satisfactionem, nihil au-  
 „ steri præ se ferentem, poenitentiamque nihil nisi  
 „ poenitentia nomen habentem?
- Centesima vigesima: „ Inconcepibile est,  
 „ quòd ubi ne iustus quidem alia est via salu-  
 „ tis, nisi via crucis; peccatoribus & poenitentibus  
 „ alia pateat via, dulcis, grata, facilis, & sine alio  
 „ labore, sine alia cruce, nisi quòd ea Confessario  
 „ pandere debeant crimina, de quibus apud munda-  
 „ nos homines non semel gloriati sunt, quæque  
 „ nonnunquam publica sunt.
- Centesima vigesima prima: „ Si de impostore  
 „ poenitentia rigore poenitens conqueratur, mo-  
 „ nendus est, ut meminerit se magis rigidam sibi  
 „ ipsi legem in Baptismo imposuisse, quam ser-  
 „ vare oporteret, tamen innocenciam custodisse;  
 „ ita ut ne in illa quidem hypothese suavio-  
 „ rem vitam ducere posset, si secundum Evan-  
 „ gelium vivere vellet.
- Centesima vigesima tertia: „ Sicut contritionis  
 „ vehementia; sic licitarum abrenuntiatio, & il-  
 „ licitarum mortificatio voluptatum, subinde ef-  
 „ ficere potest partem poenitentia. Quòd & de sine-  
 „ cera humilique peccatorum verecundorum Con-  
 „ fessione, respectivè ad certas personas, admo-  
 „ dum pudibundas, iniquis huius sæculi Epit-  
 „ copus asseruit, &c.
- Centesima vigesima quarta: „ Unde fit, quòd  
 „ ad eò difficiles simus in remittendis offensis con-  
 „ tra nos commissis; tam faciles verò in remit-  
 „ tendis offensis contra Deum? Ex hoc procul  
 „ dubio, quòd Dei gloriam minus amemus, quam  
 „ propriam.
- Centesima vigesima sexta: „ Ad veram poe-  
 „ nitentiam, juxta SS. Patres, haud satis est non  
 „ relabi in peccatum; haud satis illud ex toto cor-  
 „ de decessari; insuper operibus poenitentia elucen-  
 „ dum est, vel reipsa, vel voluntate. Primum à  
 „ plerique fit Christianis; secundum & tertium  
 „ à paucioribus. Fide interim constat, actum ef-  
 „ fe de salute peccatoris, nisi poenitentiam egerit:  
 „ nisi poenitentiam egeritis, omnes similiter peribitis.
- Centesima vigesima septima: „ Meminerit  
 „ Confessarius, poenitentiam alterum esse bap-  
 „ tismum, sed laboriosum, eoque ex capite à pri-  
 „ mo baptismo discretum. Bene proinde perpen-  
 „ dat, ac præ oculis habeat Concilii Tridentini  
 „ pro huius Sacramenti administratione regulam.  
 „ Hanc viam tam securam, tam apertam, si se-  
 „ cutus fuerit, aberrare non poterit.
- Centesima vigesima octava: „ Dum quid-  
 „ dam asperum poenitentem Confessarius impone-  
 „ re tenetur, contra falsam compassionem, con-  
 „ trarium ordinariè suggerentem, armet se cogi-  
 „ tatione salutis ipsius, inde proventura, memi-  
 „ neritque dictum ab Apostolo Paulo, quicquid  
 „ in poenitentia durum apparet, leve esse, pena  
 „ comparatum æternæ, quæ per hoc redimitur.
- Centesima vigesima nona: „ Iudex haud mi-  
 „ nus diligit reum quem condemnat, quam in-  
 „ fontem quem absolvit. Nec minorem Chirur-  
 „ gus dilectionem habet erga fratrem, cui gan-  
 „ grænatum amputat membrum, quam erga ex-



traneum, minus infirmum, quem leniore manu contrectat. Applicet hoc Confessarius pœnitenti, cujus Judex est, ac Medicus. *Horrorem operis fructus excusat*, inquit Tertullianus. 151 Centesima trigesima prima: "Ubi nulla est pœna, nulla pœnitentiæ."

## §. VIII.

*Episcopi Atrebatensis censuram, subnexaque pœnitentiæ regulas, tamquam sacris Litteris, Ecclesiæ sensus, Patrumque Traditioni conformes, approbarunt, suasque fecerunt triginta & unus Episcopi. Censurataque ab Atrebatensi propositiones complures ex istis pariter censurarunt.*

152 **A**trebatensis Episcopi censuram plurimum colaudarunt, confirmaruntque celeberrimi sanctissimique Episcopi, Michaël, Archiepiscopus Bituricensis; Carolus Franciscus, Episcopus Constantiensis; Franciscus, Episcopus Ambianensis; Ignatius de Grobendonc, Episcopus Namurcensis; Gilbertus, Episcopus Tornacensis; Nicolaus, Episcopus Bellocensis; Franciscus, Episcopus Boloniensis; Eduardus, Episcopus Nivernensis; Ludovicus, Episcopus Viroduensis; Joannes, Episcopus Bayonensis; Martinus, Episcopus Oloronensis; Claudius, Episcopus Agenensis; Henricus, Episcopus Andegavensis; Felix, Episcopus Catalaunensis; de Ligny, Episcopus Meldensis; Petrus Joannes Franciscus, Episcopus S. Pontii; Ludovicus, Episcopus Agathensis; Daniel de Cofnac, Episcopus Valentianus; Stephanus Le Camus, Episcopus Gratianopolitanus, nunc S. R. E. Cardinalis; Joannes, Episcopus Senonensis; Henricus, Episcopus Luffensis; de la Val, Episcopus Rupellensis; Nicolaus, Episcopus Alctensis; Franciscus, Episcopus Sarlatensis; Jacobus, Episcopus Condomiensis, & alii usque ad triginta unum, prout Atrebatensis ipse testatur in sua ad Pastores & Confessarios Instructione cap. 8. his verbis: *C'est ce que nous avons condamné dans notre Censure, & trente & un Evêques avec nous.*

153 Plurimi etiam famosissimarum Universitatum S. Theologiæ Doctores allatam Episcopi Atrebatensis censuram approbaverunt.

154 Propositiones verò ab Atrebatensi censuratas, Episcopus Ambianensis in Epistola ad Atrebatensem censet *indefensibiles*; Namurcensis, perniciosas, indiscretissimas, gravissimum vere sanctæque administrationi Sacramenti Pœnitentiæ præjudicium inferentes, cumque doctrina Domini Salvatoris, & Præcursoris ipsius incompatibiles, &c. Tornacensis, *zizania in agro Domini sparsa, perniciosamque morum heresim*; Nivernensis, falsas, scandalosas, temerarias, Evangelicæ doctrinæ manifestè contrarias; Viroduensis, doctrinam perniciosam; Bayonensis, periculosas, ad morumque relaxationem tendentes; Oloronensis, Religionis puritatem corruptentes; Andegavensis, iam Sacerdotibus quàm pœnitentibus perniciosas; Luffensis, ignavas laxitates; que, dum peccatoribus ablanduntur, fervent peccatum, dumque remedia tollunt amaritudinem, tollunt virtutem; Boloniensis, erroneas & scandalosas; Bellocensis, maxime erroneas, periculosas, adulatorias, peccatorum impœnitentia faventes; Rupellensis, contrarias disciplinæ semper in Ecclesia servatæ; Alctensis, novas, & laxas, &c. Quæ omnia constant ex laudatorum Episcoporum litteris pralo datis ad Atrebatensem. Unde in tertia sua de Pœnitentiæ Epistola Pastoralis §. 24. dicit, post tot sanctorum Episcoporum reddita sibi testimonia, non esse dubitandum, totum quod in suis de Pœnitentiæ regulis, duabusque de eadem an-

terioribus Litteris Pastoralibus tradidit, ex doctrina Ecclesiæ esse depromptum: *Nous nous sommes étudiez, Dieu nous est témoin, à n'y rien mettre de nous mêmes, & de votre propre esprit. Et... nous pouvions avancer hardiment... après le témoignage, que tant de saints Evêques nous ont rendu, que... vous n'y trouverez rien, qui ne soit puisé dans la doctrine de l'Eglise.*

Illustrissimus D. Ludovicus Fouquetius, E. 155 pilcopus Agathensis, in epistola ad laudatum Atrebatensem anni 1676. *Due* (inquit) *insignes litteræ vestræ, sanctæque de pœnitentiæ regule, nisi comprehensæ... omnino sunt sanctorum Patrum, Conciliorum, divinarumque Scripturarum. Plena sunt spiritu Dei, quotidie per puram Traditionem Ecclesiæ suæ loquentis, sicut olim Patribus nostris locutus est per Prophetas, Apostolos, Apostolorumque Successores, qui nos præcesserunt. Omnis alia loquela novitia est* (audiat Author libri cui titulus: *Hydra profanarum novitatum*. Et alterius, cui titulus: *Tempestas novaturiensis novissima*, &c.) *Omnis alia vox de terra est, omnis alia traditio pharisaica est, omnis alia doctrina in sola aberratione vanitatis corruptæ ratiocinationis fundata est... Nec alios habet Doctores, nisi qui semetipsis exerunt cathedras pestilentie, quique dum prurunt auribus, & sensibus, æterna mortis somno indormiscere faciunt jacentes in sepulchro corruptionis suæ, &c.*

Et in approbatione libri, qui titulus: *Amor pœnitentiæ, sive de divini amoris ad pœnitendum necessitate, & recto clavium usu*, ab Illustrissimo D. Episcopo Castoriensi adversus eadem opinionones conscripti: *Mibi* (inquit) *liber ille visus est, in iis que tractat, plenus Religione Christiana, pietate Catholica, Apostolica veritate, & Traditione Romana... Sacerdotes, quibus formidandum onus pœnitentes ligandi, aut solvendi... conceditum est... legitimum tanti ministerii usum solidè explicatam confirmatamque videbunt, contra recentiorum quorundam hominum commenta.*

Similiter Illustriss. D. Nicolaus de Pavillon, 157 Episcopus Alctensis (de quo supra n. 13.) in epistola ad laudatum Atrebatensem anni 1676. *Numquam* (inquit) *satis deploranda est eorum cæcitas, qui tam pio conatus* (Episcopi Atrebatensis) *se se opponunt, falsas & laxas opiniones publicando, que ad nihil aliud valent, nisi ad fovendum homines in omni vitiorum genere... Sed præ cæteris regule à Te observatæ, de neganda differendaque certis in casibus absolute, mihi videntur spiritus Evangelii, doctrinæque Ecclesiæ conformes.*

Et Illustrissimus D. Henricus Arnauld, Episcopus Andegavensis, in epistola ad Atrebatensem anni 1676. adversus obrectatores istius doctrinæ sic habet: *Agitur de perditione Sacerdotum, si per crudelem indulgentiam iis dent sanctum sanctorum, quos eo censere debent indignos, admittiturque spes veræ ad Deum conversionis peccatorum, si per ignavam molliem Sacerdotum in suis foveantur excessibus. Et ita nobis est... causa altius ingemiscens, quod audiamus... illo ipso tempore, quo divina providentia insignes suscitavit Prælatos, eximieque eruditionis Theologos, zelo zelatos pro manutenendis veræ salutarisque pœnitentiæ regulis, inquieta & turbulenta non desunt ingenia, que piis ipsorum conatibus totis obfistunt viribus, omnique calumniarum & invecivarum genere, odiosum reddere satagunt modum securiorem certam faciendi salutem peccatorum, per veram solidamque conversionem, &c.*

Et Franciscus, Episcopus Sarlatensis, in epist. ad eundem, ejusdem anni: *Sponsa unigeniti Filii Dei, semper valde zelosa pro sua puritate, plurima congregavit Concilia. & quamplurima edidit oracula, tam ad manutenendam justam disciplinam*



sue severitatem, quam ad conservandam fidei suae integritatem. Namque ejusdem est sensus, quid nos oporteat continuo vigilare ad impediendam ingentiorum quorundam licentiam, quae non cessant per subtilitates falsas, Moralem enervare Christianam, ex eaque auferre quicquid laboriosum ac difficile reputat amor proprius, infelicemque efficere conscientiarum pacem, per fictam peccatorum cum Deo reconciliationem. Doctores illi carnis & sanguinis, qui non quaerunt (ut Apostolus ait) nisi doctrinas fabulosas, ad ablandendum hominibus, nihil magis perniciosum excogitare potuerunt, quam adstringere Confessarios ad dandam penitentibus illis absolutionem, qui adhuc plene inhaerent malis consuetudinibus suis, perseverantque in proximis peccati occasionibus; sic enim magis eos in suis confirmant criminibus, quam corrigant.

160 Episcopus quoque Luffensis, in epistola ad eundem, ejusdem pariter anni: *Vix* (inquit) errores sunt perniciosiores, quam qui penitentiam concernunt... nihil quippe sanctius Christi fidelibus, quam medicamentum, sanandis ipsorum aegritudinibus necessarium, vertere in toxicum, fontemque alterare & corrumpere, unde possunt sperare vitam, post lapsum in lethalem culpam... Quapropter... Illustriss. D. Episcopus Atrabatenis, Pastoralis officii sui debitum profus implevit... censuram suam adversus ignavas quasdam relaxationes, quae peccatoribus fovent, dum peccatoribus ablanduntur, remediaque tollunt virtutem, dum tollunt amaritudinem.

161 Denique Eminentissimus D. Cardinalis Forbinus, in Epistola Pastoralis anno 1672. conscripta, dum adhuc esset Episcopus Dinienis, easdem opiniones dicit esse contra praescriptum Evangelium, & contrarias spiritui Ecclesiae.

162 Et Illustriss. D. Episcopus Cabilonensis, in Epist. Pastor. ejusdem anni, necnon Illustriss. D. Joan. Franciscus de Montgaillard, Episcopus S. Pontii Pomeriarum, in approbatione Amoris Penitentis eas vocat commenta ab Evangelis dogmatis, Christianisque moribus aliena.

## CAPUT XII.

*De gratia, seu dono penitentiae, Deique erga peccatores misericordia, Auctores propositionum cap. 5. recensitarum philosophantur ex sensu suo, non ex divina Scriptura, neque ex traditione: ex quibus discere ac definire nos oportet, qualem erga peccatores misericordiam Deus exercent.*

163 **T**antam Dei erga peccatores, etiam grandes, etiam citò & facile in ejusmodi crimina relabentes, etiam consuetudinarios, misericordiam Novaurientes Caluista praedicant, ut ex misericordia Dei concludant, eorum omnium facilem esse conversionem, nec ad eam tempore, nec magnis precibus, nec penitentiae operibus praeparatoriis, secundum ordinariam divinae misericordiae oeconomiam, opus esse; eò quòd Deus ex misericordia sua (ut ipsi putant) ultro paratus sit gratiam ad id necessariam omnibus dare. Ita Franciscus Reymakers, Carolus ab Assumptione, &c. conitque ex propositionibus, quarum elenchum cap. 5. texuimus.

164 Verùm edisserant (quæso) nobis, ex qua id divina Scriptura habeant? Ex qua traditione? Cùm inde non habeant; imò ex utraque contrarium infra demonstraturi sumus: talem ergo Dei erga peccatores misericordiam de suo comminiscuntur; & per hujusmodi commenta peccatoribus ablandentes, eosque mortifera suavitare, velut Sicanarum carmine (ut Damianus loquitur) de-

mulcentes, peccata fovent, atque (ut Basilii verbis utar) enervant austeritatem & vigorem Scripturarum, vitiosos utiliter perstringentem; eunuchizantes (ut V. Petrus Cantor ait) quòd virile & robustum est in arca Domini.

Recolenda igitur doctrina Angelica 3. p. q. 1. a. 3. *Ea quae ex sola voluntate Dei proveniunt, supra omne debitum creaturae, nobis innotescere non possunt, nisi quatenus in sacra Scriptura traduntur, per quam divina voluntas nobis innotescit.* Atqui illa, quam Deus exercet erga peccatores, misericordia, ex sola Dei voluntate provenit, supra omne debitum peccatoris (scriptum est enim Exodi 33. *misereror cui voluero, & elemens ero in quem mihi placuerit.* Et Rom. 9. *quis vult miseretur, & quem vult indurat.*) Nobis ergo innotescere non potest, nisi quatenus in sacra Scriptura traditur, vel ab Ecclesia per Patrum traditionem declaratur. Ecclesia namque & Patres legitimi sunt sacrae Scripturae Interpretes. Nec cuiquam licitum est, eam ad privatos sensus suos contra communem sanctorum Patrum sensum detorquere. Cùm privatos ejusmodi sensus (maximè peccatoribus ablandentes, quibus peccata non emendantur, sed foventur) Ecclesia & Patres semper improbarint. Nominatim Basilii in c. 1. Ita cujus vestrum *Caupones tui miscent vinum aqua, iis applicat, qui Scripturam ipsam in aquam convertunt, permiscentes quae suo ipsorum intellectu excogitarunt, in extremam perniciem auditorum.* Dum enim studio adhibentur, ut, indulgendo eorum voluptatibus, demerantur eorum gratiam, per blandiloquia, & suaves sermones assentando, alunt eorum vitia in perditionem; per haec enervantes austeritatem & vigorem Scripturarum, vitiosos utiliter perstringentem. In eo imitatores Pseudo prophetarum, de quibus Hieronymus contra Jovinianum: *Pseudo prophetae semper dulcia profertur.*

Habemus quidem ex Scriptura, habemus ex traditione, tantam esse Dei erga peccatores misericordiam, ut gratiam & veniam nunquam denegat verè penitentibus, sed peccatores quoscumque, dummodò plene conversos, per Penitentiae Sacramentum toties quoties, & absque termino, in gratiam recipiat; nec divina, seu misericordia, seu potentia difficile esse, quamlibet grandes & inveteratos peccatores subito convertere. Sed nullibi Scriptura, nec traditio docet, quòd magnos peccatores, praesertim consuetudinarios ac recidivos, ordinariè supra, absque praemissis penitentiae operibus, plene convertere soleat.

Secundò habemus ex Scriptura, habemus ex traditione, verae ac plenae conversionis gratiam nulli denegari, petenti ut oportet. Sed neque Scriptura, neque traditio docet, eam magnis peccatoribus ordinariè tribui, non petentibus ut oportet; nec docet eos ut oportet petere, qui non nisi leviter & momentaneè petunt, nec ad eam obtinendam penitentiae operibus ad fores divinae misericordiae pulsant, posteaquam spiritui gratiae contumeliam saepius fecerunt, pretiosumque Christi sanguinem, & susceptum divinissimum Sacramentum, criminibus facile & citò repetitis, frequenter polluerunt.

Tertio habemus ex divina Scriptura, habemus ex traditione, tantam esse Dei erga peccatores misericordiam, ut eorum nonnullos de malis convertat in bonos, qui de bonis se converterant in malos. Sed non habemus, istum esse cursum ordinariam divinae misericordiae, ut voluntate absoluta & efficaci toties velit recidivos convertere de malis in bonos, quoties de bonis se convertunt in malos. Nec quòd id frequenter vel ordinariè faciat. Cùm Scriptura ex adverso maledictiones & vae comminetur iis, qui non nisi tribus